



Fd. 17. 17.

17.

Schäfer

JO. ALBERTI FABRICII,

SS. Theol. D. & Prof. Publ.

MENOLO-
GIUM,

Sive

Libellus de Mensibus,

Centum circiter populo-
rum Menses recensens, atque
inter se conferens.

Cum triplici Indice Gentium, Men-
sium & Scriptorum.



HAMBURGI,

Sumtu CHRISTIANI LIEBEZEIT.


Anno Christiano MDCCXIII

JO. ALBERTI TABERNI
MENDOLO
GIUM

Doublette.

KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE





EXCELLENTISSIMO
VIRO

*GODFRIDO GVILELMO
LEIBNITIO,*

Sereniff. Electoris Brunsvico Lune-
burgici Confiliario intimo,
Et Regiæ Academiae Berolinensis Directori,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.



Tinam præfens hic libellus,
quem cum maxime Tibi cupio
consecratum, ingens Exem-
plum & dulce Decus nostræ æ-
tatis, de ætatum quarumlibet & populo-
rum

) (2

rum

rum variorum mensibus, tam dignum sit
 Te munus, quàm merita Tua in omnes
 litteras ac divinum ingenium Tuum me-
 rentur omnibus ætatibus, omnium genti-
 um quæ in ista commentatione referuntur
 linguis concelebrari. Quamvis vero defe-
 ctus & nævos hujus opusculi nemo forte
 mortalium melius Te perspicere, aut
 supplere atque emendare sit aptus, qui
 commercio litterario usque quaque gen-
 tium, usque quaque terrarum notus & fa-
 miliaris, & linguarum atque Historiæ
 omnis callentissimus es, in Mathematicis
 autem disciplinis ita nullos non aditus ac
 recessus etiam acutissimis ingeniis inac-
 cessos penetraſti acie tua, ut jam pridem in
 illo genere litterarum principatum tenere
 judicaris ab iis, qui his sacris sunt initiati:
 tamen certo scio Tibi pro æquitate Tua
 haud improbatum iri studium hoc quale-
 cunque meum conferendi aliquid utut te-
 nue ad studiorum amœnitatem conjun-
 ctam cum nonnulla utilitate, qui de aliis
 meis qualibuscunque conatibus litterariis
 tam honestum judicium ferre solitus es, ut
 non levem stimulum addideris alacrius
 etiam in illo stadio, quantum vires inge-
 nii

nii ferunt, decurrendi. Nec minus confido Tibi haud prorsus displiciturum meum hoc utut leve munusculum offerentis animum, qui nulla alia ratione, quam quæ omnes in amorem & admirationem Tui rapiunt, virtutum, ingenii, & eruditionis tuæ æstimatione accensus, & benevolentia Tuæ immerita documenta insuper non una expertus, jam diu peroptavi extare testimonium aliquod publicum meæ in Te observantiæ. DEUS in cujus manu mensium nostrorum numerus est, addat ætati Tuæ multos annos, senioque ingravescente firmet Tibi vires ac robores in gaudium Principum quibus consulis, & communem voluptatem omnium qui amant litteras, publicumque emolumentum ac decus. Vale Vir Excellentissime. Scripsi Hamburgi tertio Cal. Augusti, Anno Christiano clō lō c c x i i.

AD



AD LECTOREM.

Quanta sit imbecillitas humani ingenii, quantaque instabilitas in negotiis humanis, atque inter tot capita diversitas sensuum & differentia, nihil magis quam temporis dimetiendi ratio apud populos hæcenus recepta demonstraverit. Quanquam enim omnium oculis clarissime patent atque ab optimo Conditore in cælo palam exposita sunt Sol diei & anni opifex, Lunaque mensium conditrix & de nocte Solis æmula, tamen de illorum siderum periodis, periodorumq; congruentia inter se, per tot secula immo millenarios annorum adhuc in diversa abeunt vulgus, gentes, Astronomi: atque in diei, mensis, anni, initio & spatio definiendo nihil explorati, nihil certi se habere profitentur, quod non ab aliis vel impugnetur, vel vocetur in dubium, vel ignoretur. Circa auspiciam capiendum res sane relicta arbitrio eligentium videtur, ac perinde esse utrum diem à vespere vel mane aut vero meridie vel medio noctis inceperis, nec desunt in singulis hisce qua u-

num

num reliquis prætulerint gentes. Ita Annum quis nescit aliis ut nobis aperire brumam, aliis æstivum solstitium, aliis idem anni ac veris initium esse, alios denique annum ordiri ab autumno. Similiter mensis principium alii capiunt à silente luna, alii à phasi prima vel corniculato lumine, alii denique à plenilunio. Accuratum autem spatium definire diei & anni, sive periodi diurnæ aut annuæ Solis, mensis sive temporis quo luna ad idem punctum permeato circulo suo redit, adeo non est cujusvis, ut in illa re determinanda, & utriusque luminis periodis per facilem ac planam ad usus vitæ methodum in stabiles & emendatione non iterum post aliquod temporis indigentes cyclos conferendis adhuc defudet acutissimorum Vivorum industria. Non igitur mirum, quod in illa re non modo antiquissimis temporibus & apud gentes liberalibus disciplinis haud excultas mira fuit semper rationis egestas & varietas, Solis aliis, aliis Lunæ cursum utcunque notantibus, & accuratiores observationes veluti inutiles minutias & obscuram difficilemque diligentiam respicientibus, atque ad graviores temporum errores emendandos intercalatione qualicunque defungentibus: Verum constat gentes etiam cultissimas & Astronomicis studiis tritas uti nondum ad liquidum perduxisse rationes differentiarum horologii quæ iter facientibus per diversos ab oriente

del occidente gradus observantur, ita neque in
 anni magnitudine dispicienda inter se ad plenum
 consensisse, neque eo usque accuratione sua pro-
 gressas, ut aliorum post se studio nihil addendum
 vel emendandum relinquerent. Patebit hoc inter
 alia ex presenti opusculo, in quo breviter & suc-
 cincte quam potui plurimarum gentium menses
 retuli, atque adeo & linguarum & anni ex tot
 populorum usu gustum aliquem dedi, non utili mi-
 nus quam jucundo argumento iis, qui sive veteres
 scriptores intelligere voluerint, sive recentium
 rationibus perspicendis capiuntur. Corrupta eti-
 am nomina ex variis auctoribus adscripsi, prae-
 missis semper ad quae emendari possent, ut vel his eti-
 am exemplis quantum ista parte liceret negligenti-
 ae vel ignorantiae, luculentis exemplis videres.

Si in Gallia, Anglia vel Belgio hunc libellum edidissem, duo
 illi ornamenta addidissem, quae pretium sane ejus intendis-
 sent, sed forte etiam reddidissent majoris pretii, nunc vero à
 me necessario omittenda fuerunt. Primum erat & in prom-
 ptu, ut exterarum gentium menses exhibuissem sua quasque
 lingua descriptos litteris, sed quae in nostris typographicis ex-
 stant, adeoque satis mihi esse oportuit, latinis jam illos
 expressisse, & quod ferme ubique feci, scriptores ubi typis
 suis descriptos illos reperire licet, nominasse. Alterum orna-
 mentum attulissent varia icones numerorum & aliorum vete-
 rum monumentorum, ad signa caelestia & menses facientium,
 circiter quinquaginta, quae in hoc opusculo à me memorantur,
 sed quoniam charta & scalpitorum nostrorum stylus mihi non
 ita probabantur, ut per imagines non pulcherrime descriptas
 libellum redderem quanto chartiorem, etiam illas alibi
 potius spectandas indicare, quam hic adungere malui. Vale.

I. ATTIS



I.

ATTIS SOL , MHNOTYPAN-
NOS , sive *Rex mensium*.

Vetus Inscriptio , Romæ eruta obviaque
apud Salmasium ad Lampridii Elagabalum
f. 180. & Laur. Pignorium in Magnæ Deum
Matris & Attidis initiis p. 25.

MATRI. DEUM. MAGNÆ
IDÆÆ SUMMÆ PA-
RENTI. HERMÆ. ET. ATTIDI
MENOTYRANNO. INVICTO
CLODIUS. HERMOGENIANUS
CÆSARIUS. V. C.

Confer Reinesii Inscriptiones p. 64. & Episto-
las ad Hofmannum p. 616. 630.

II. DEUS MHN five MENSIS,
DEUS LUNUS.

PASSIM occurrit in numis in Caria, Phrygia
Pisidia cufis, conspiciturque habitu virili
cum pileo phrygio in capite, & corniculata luna
dorso imposta, dextra capistrum tenens, sini-
stra facem, aut vero hastam dextra, sinistra vi-
ctoriam. Πάρεδρ ☉ eigallus, unde & in Py-
thagoræ symbolis apud Laërtium & Jambli-
chum: ἀλεξιδρόν ☉ μη ἄπειθαι λευκῆ, ὅτι ἱερός ἔ-
Μηνὸς καὶ ἰκέτης, σημαίνει γὰρ τὰς ὥρας. *Gal-
lum album ne tangito, Mens enim sacer est ejusque ad-
ministrer, siquidem horas indicat.* Vide Ægidii Me-
nagii notas ad Laërtii lib. VIII. sect. 34. p. 368.
seq. ubi etiam Illustris Viri, Gisberti Cuperi præ-
clara de Luno Deo observatio: Petri Seguini
numismata p. 94. & Ez. Spanhemium de præ-
stantia & usu numismatum antiquorum T. 1.
p. 193. seq. edit. Londinensis, & Jac. Grönovi-
um T. 2. thesauri Antiquitatt. Græcarum, ta-
bula secunda.

Di-

III. Distinctio Mensium in Naturales & Civiles.

Censorinus cap. 22. *Mensium genera duo: nam alii sunt naturales, alii Civiles. Naturalium species duæ, quod partim Solis, partim Lunæ esse dicuntur. -- Civiles menses sunt numeri quidam dierum quos unaquæque civitas suo instituto observat, ut Romani à Kalendis in Kalendas. Naturales & antiquiores & omnium gentium communes sunt. Civiles & posterius instituti, & ad unamquamque pertinent Civitatem.*

Menses naturales iidem etiam Cœlestes & Astronomici appellari solent, quoniam eorum spatium Solis vel Lunæ periodis & motu mensuratur.

Idem Censorinus: *Qui sunt cœlestes, sive Solis seu Lunæ, neque per æque inter se pares sunt, nec dies habent totos. Quippe Sol in Aquario moratur circiter undetriginta, in Pisce fere triginta & duos, in Ariete unum & triginta, in Geminis prope triginta duos: & sic in cæteris inequaliter, sed usque adeo non totos dies in singulis, ut annum suum, id est, dies trecentos sexaginta quinque & portionem nescio quam, adhuc Astrologis inexploratam, in duodecim suos dividat menses. Luna autem singulos suos menses conficit diebus undetriginta circiter & dimidiato, sed & hos inter se dispares, alias longiores, alias breviores.*

IV. Mensium Solarium ratio.

Idem Cenforinus: *Secundum solem fit mensis, dum sol unumquodque in zodiaco orbi signum percurrit. Est autem spatium illud temporis, quo sol quæque signa transit, non omnium æquale. Nam ut notavit Geminus capite XVI,*

Sol Cancrum peragrat diebus	31
(addunt recentiorum observationes 10. Hor. 15. minut.)	
Leonem	31
Virginem	30
Libram	30
Scorpionem	30
Sagittarium	29
Capricornum	29
(addunt recentiorum observationes 8 Hor. 15. minut.)	
Aquarium	30
Pisces	30
Arietem	31
Taurum	32
Geminos	32

Vitruvius IX. 4. *Sol signi spatium quod est duodecima pars Mundi, mense vertente vadens transit; ita duodecim mensibus duodecim signorum intervalla pervagando, cum redit ad id signum unde cæperit, perficit spatium vertentis anni. Ex eo quem circulum Luna terdecies in duodecim mensibus percurrit, cum sol iisdem mensibus semel permetitur.*

Ratio

V. Ratio Mensis Lunaris Periodici,

Mensis lunaris est triplex, Periodicus, Syn-
 odicus & Phaseos sive Illuminationis. *Pe-*
riodicus absolvitur spatio temporis quo luna in-
 tegrum orbem suum peragit, revertiturque ad
 idem punctum unde erat digressa. Hoc tem-
 pus varie à variis definitur :

27 diebus. *Chalcidius p. 205.*

27 diebus & tertia diei parte. *Plin. II. 9.*

— & $\frac{1}{2}$ *Cleomedes lib. 1. c. 3. Censorin.*
c. 22.

— & $\frac{2}{3}$ sive besse. *Marcianus Capella*
lib. 8. p. 292.

Octo & viginti prope diebus. *Macrob. lib.*
I. c. 3. in somnium Scip.

Integris quater septenis diebus. *Aristarchus*
Samius & Varro apud Gellium III. 10.

28 diebus & amplius circiter hora, *Vitruv.*
IX. 4.

30 diebus. *Cassiodorus XI. 36.*

Astrologi recentiores mensem Lunæ periodi-
 cum (medium inter maximum & minimum)
 observarunt esse dierum 27. hor. 7. minorum
 circiter 40.

VI.

Ratio mensis Lunaribus Synodici.

Mensis Lunaribus Synodicus absolvitur spatio temporis quod intercedit ab una Neome-
 nia sive conjunctione Lunæ cum Sole ad proxi-
 mam alteram conjunctionem. Tempus mensis
 Synodici à variis varie definitur, ut videre est in
 D. Ægidii Strauchii *Ἐμακαρίτης* breviario Chro-
 nologico p. 58. ubi quantitatem mensis lunaris
 describit ex mente Cleostrati, Harpali, Eudoxi,
 Metonis, Calippi, Hipparchi, Ptolemæi, Al-
 phonsinarum, Prutenicarumque Tabularum
 & Tychois Brahei. Mihi suffecerit, quod re-
 centioribus observationibus deprehensum fuit
 Mensem lunarem Synodicum absolvere

In Apogæo, Dies 29. Hor. 15. min. 7.

In Perigæo, Dies 29. Hor. 10. min. 24.

Adi Jo. Hevelii Selenographiam p. 178.

Ratio

VII. Ratio mensis Lunarise Phaseos five Illuminationis.

Mensis Illuminationis computatur vel à tempore Lunæ primum post Neomeniam apparentis, donec tota evanescat atque post proximam Neomeniam iterum appareat. Vel à plenilunio uno ad alterum plenilunium. Prioris usus etiamnum est apud Muhamedanos, Posteriores apud plerasque gentes obtinuisse scribit Curtius VIII. 9. ubi de Brachmanibus: *Lunæ cursu notant tempora, non ut plerique cum orbem sidus implevit, sed cum se curvare cæpit in cornu.*

VIII. Annus menstruus, vel trium, quatuor, sex, aut decem Mensuum.

Plutarchus in Numa p. 72. πολλοὶ δὲ εἰσὶν οἱ καὶ προστεθεῖναι τέτταρες ὑπὸ Νουμά τρεῖς μῆνας λέγουσι, τούτῃ Ιανουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον. ἐξ ἑξήκοντος ἢ ἑβδομήκοντος δέκα μηνῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν, ὡς ἐνίοι τῶν βαρβάρων τελοῦσι, καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάδες μὲν τέτταρον, ἐξ ἧ Ἀκαρνανῆες. Ἀιγυπτίοις ἢ μηνιαῖον ἢ ὁ ἐνιαυτός, εἶτα τετράμηνον, ὡς Φασί. Plerique adjunctos quoque ab Numa hos menses contendunt Januarium & Februarium: ab exordio enim apud Romanos constitisse decem mensibus annum, ut apud nonnullos barbaros tribus, & in Græcia apud Arcadas quatuor, sex in Arcanania: Ægyptiis menstruus annus fuit, mox quadrimestris, ut ferunt. Addit Plutarchus ideo Ægyptios in Genealogiis suis

luis ingentem annorum crepare numerum, τὰς μῆνας εἰς ἐτῶν δεῖγμα μὲν ἡθεμῆρας, dum menses pro annis computant. Eadem ex Plutarcho repetit Jo. Stobæus Eclog. Phys. p. 21. Solinus capite III. Ante Augustum Caesarem incerto modo annum computabant, qui apud Ægyptios quatuor mensibus terminabatur, apud Arcadas tribus, apud Acarnanas sex. Plinius VII. 48. Annum alii æstate unum determinabant & alterum hieme, alii quadripartitis temporibus sicut Arcades, quorum anni trimestres fuerunt: quidam Lunæ senio ut Ægyptii, itaque apud eos aliqui & singula millia annorum vixisse produntur. Censorinus c. 19. de die Natali: Et in Ægypto quidem antiquissimum ferunt annum bimestrem (leg. unimestrem) fuisse, post deinde ab Isonè (leg. Phærone) Rege quadrimestrem factum, novissime Arminon ad tredecim menses & dies quinque perduxisse. Item in Achaja Arcades trimestrem annum primo habuisse dicuntur & ob id προσέληνοι appellati, non ut quidam putant, quod ante sint nati, quàm lunæ astrum cælo esset: sed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad lunæ cursum constitueretur. Sunt qui tradant hunc annum trimestrem Horum instituisse, eoque ver, æstatem, autumnum hiemem ὤρας, & annum ὄρον dici, & Græcos annales ὄρας, eorumque scriptores ὄρογοράφας. Itaque quatuor annorum circuitum in modum πενταετηρίδαῖς annum magnum dicebant. Cares autem & Acarnanes semestres habuerunt annos & inter se dissimiles, quibus alternis dies aufererent aut senescerent, eosque conjunctos veluti τετραετηρίδαῖς annum magnum. Ad hunc locum conferendæ notæ Henrici Lindenbrogii.

Men-

IX.

Menses Civiles longe impari dierum numero, & de mensibus plenis cavisque.

Censorinus de die natali c. 22. *Civitatium menses vel magis numero dierum (quam solares & lunares) discrepant: sed dies ubique habent rotos. Apud Albanos Martius est sex & triginta, Majus viginti & duum, Sextilis duodeviginti, September sedecim. Tusculanorum Quintilia dies habet triginta sex, October triginta duos. Idem October apud Aricinos triginta novem. De Brachmanibus Indis Q. Curtius lib. VIII. cap. 9. Menses in quinos de nos descripserunt dies, anni plena spatia servant. Luna cursu notant tempora, non ut plerique cum orbem sidus implevit, sed cum se curvare cœpit in cornu. Et idcirco breviores habent menses, quia spatium eorum ad hunc lune modum dirigunt. Omitto quod alii menses apud plerasque gentes sunt pleni h. e. 30. vel 31. dierum, alii cavi, hoc est pauciorum quam 30.*

X. *Annus mensum plurium quam duodecim. Et de mensibus intercalaribus.*

IN Italia apud Lavinios (al. Latinos) teste c. 3. Solino, tredecim mensibus, diebus 374. annus ferebatur. Sed ne de embolimaïs mensibus variarum gentium, annisque intercalatione mensis, ut lunares solaribus respondeant, productis dicam, Mexicani annum habuere ex mensibus XVIII. quorum singuli dierum XX. Atque ex loco Curtii jam adducto paret Brachmanes Indorum annum habuisse mensium XXIV. quorum primus cœpit primo quadrante h. e. à *Φάσει* lunæ corniculatæ sive *διχοτόμης* potius, alter à quadrante tertio sive à *Φάσει* lunæ iterum decrescens, postquam *ἀμφικυρτ* apparuit. Tertius mensis iterum à quadrante primo sive à facie falcata lunæ crescentis, atque ita deinceps per universum annum. Confer quæ infra de XXIV. mensibus anni Sinici, suo loco.

XI. *De Mense Natali Mundi, sive in quo signo zodiaci Sol tunc primum fuerit constitutus, cum DEUS Mundum condidisset, Variæ sententiæ.*

A*rietis initio, sive æquinoctio vernali, Judæi* karræi, Philo, Cosmas Indopleustes lib. V. p. 192. plurimiq; Christiani veteres ac recentes. Vide Seldenum de anno civili Hebr. c. 5. Goarum in limine notar. ad Syncellum, Vossium Isagog. Chronol. p. 31. Imbonatum Bibl. Latino

no

no Hebr. p. 376. sq. Christianum Gueinzium
in Viti Historica p. 179. seq.

Tauro.

Geminis.

Cancro.

Leonis gradu 15. Ægyptii, Petosiris, & Necesso apud Firmicum lib. 3. Paulum Alex. in calce Isagoges, Solinum, Macrobius aliosque: Voss. p. 23. Scaligerum ad Manil. p. 237. Vettius Valens apud Salmaf. p. 534. de annis Climactericis, Gerardus Mercator &c.

Virgine.

Libræ initio, sive æquinoctio autumnali, Judæi Talmudistæ & Cabbalistæ, multique Christiani apud Vossium p. 16. Guil. Saldenum lib. 2. Exerc. 1. Otior. divin. & Hottingerum Histor. Creationis p. 11. Hadr. Junium III. 8. animadvers. Gisb. Voëtium I. diff. select. p. 588. Jo. Bodinum IV. de Rep. p. 617. seq. Scaliger edit. posteriore de emendat. temporum lib. 5. p. 368. Petavius IX. 6. doctrinæ temp. & lib. 1. de Opificio sexdierum c. 14. Frid. Spanhemius in limine Chronolog. S. Ægidius Strauchius breviar. Chronolog. p. 341. Jo. Cluverus lib. 1. c. 33. Germaniæ antiquæ,

Sagittario.

Capricorno.

Aquario.

Piscibus.

CLEO-

XII. CLEOBULINÆ De Anno & XII.
Menfibus ÆNIGMA.

Ex Diog. Laërtii lib. 1. in Vita Cleobuli, ſect. 91.

Ἐἷς ὁ Πατήρ, παῖδες ἧ δώδεκα. τῶν δέ χ' ἑκάστῃ
Παῖδες ἔασι * τριήκοντ' ἀνδρα ἑδῶ ἔχουσαι,
ἢ μὲν λευκῇ ἔασιν ἰδεῖν, ἢ δ' αὖτε μέλαινα.
Ἀθάνατοι δέ τ' ἔουσαι ἀποφθινύθουσι ἅπασαι.

Est genitor, proles cui sit biffena, sed horum
Cuius sunt triginta at formá duplice natae,
Hac niveæ, sed parte atræ ſpectantur ab illa,
Atque immortales cum ſint, moriuntur ad
unam.

* Τριήκοντα habet etiam Svidas in κλεοβουλίνῃ. At
enim in Stoicæi Codicibus: κῆραι ἑξήκοντα ἀνδρι-
χα ἑδῶ ἔχουσαι. p. 18. Eclog. Phyſ. quod præ altero
probat Iſaacus Caſaubonus, & Hugo Grotius vir
ſummus, ſed qui minus commode verſus hos ita eſt inter-
pretatus, ac ſi unus ille genitor ſexaginta natas habe-
ret. En ejuſ Metaphraſin:

*Est unus genitor, cui biffex ordine nati,
Et ſexaginta nata, ſed diſſare forma,
Candida namque harum pars altera, & altera nigra eſt,
Cuncta immortales, morientes at amen omnes,*

Men-

XIII.

Menses Anni Solaris
HEBRÆORUM
ante exitum ex Ægypto.

- | | |
|----------------------|---|
| I. <i>September</i> | Primus mensis <i>Genes. VII. 13.</i> |
| 2. <i>October</i> | Secundus <i>Gen. VII. 11. VIII. 14.</i>
<i>Exod. XVI. 1.</i> |
| 3. <i>November</i> | Tertius. |
| 4. <i>December</i> | Quartus. |
| 5. <i>Januarius</i> | Quintus. |
| 6. <i>Februarius</i> | Sextus. |
| 7. <i>Martius</i> | Septimus <i>Genes. VIII. 4.</i> |
| 8. <i>Aprilis</i> | Octavus. |
| 9. <i>Majus</i> | Nonus. |
| 10. <i>Junius</i> | Decimus <i>Genes. VIII. 5.</i> |
| II. <i>Julius</i> | Undecimus. |
| 12. <i>Augustus</i> | Duodecimus. |

Andreas Masius Commentario in Josuam p.
76. Solebant veteres Hebraei nulla mensium habere nomina, sed eos ex ordine primum, secundum, tertium, atque ita deinceps dicere. Sed quibus nunc fere utuntur nominibus, ea à Persis, Medis, Babylonis in exilio acceperunt. Quia causa est, ut in sacris litteris nunquam nisi in eorum Historiis qui post memorabile illud exilium celebres vixere, nomina ista occurrant, ut apud Zachariam, Danielelem, Esdras, Esther.

Menses illos antiquissimos fuisse omnes dierum triginta, constat ex eo quod à septimo decimo die secundi mensis ad septimum decimum mensis septimi numerantur dies centum & quinquaginta. Gen. VII. 11. 24. collat. cum VIII. 3 4. Confer Hiermanni Witsii Ægyptiaca lib. 2. c. 7. & Hadr. Relandi V. C. Antiquitates sacras Vert. Hebræorum parte 4.

No-

XIV. Nomina Mensium post exitum ex Ægypto apud Hebræos usitata, quæ nonnullis partim verisimiliter appellativa videntur.

- | | |
|------------------------|---|
| 1. <i>Martius</i> | Abib. <i>Exod.</i> XIII. 4. XXIII. 15. XXXIV. 18. <i>Deut.</i> XVI. 1. <i>Ezech.</i> III. 15. |
| 2. <i>Aprilis</i> | Sif sive ut alii pronunciant Ziu.
I. <i>Reg.</i> VI. 1. & 37. |
| 3. <i>Majus</i> | - - - |
| 4. <i>Iunius</i> | - - - |
| 5. <i>Iulius</i> | - - - |
| 6. <i>Augustus</i> | Chala. <i>Io. Drusus Alphabet. Hebraic.</i>
p. 29. ex libro <i>Iuchasin.</i> |
| 7. <i>September</i> | Ethanim. I. <i>Reg.</i> VIII. 2. |
| 8. <i>October</i> | Bul. I. <i>Reg.</i> VI. 38. |
| 9. <i>November</i> | - - - |
| 10. <i>December</i> | - - - |
| 11. <i>Ianuarius</i> | - - - |
| 12. <i>Februarius.</i> | - - - |

Ante exitum ex Ægypto *Reschhaschanah* sive initium Anni fuit à tempore æquinoctii autumnalis, mense qui deinde dictus est *Tisri*: Verum egressis ex Ægypto, caput mensium sive primus mensis esse, Moysis jussu cœpit *Abib* sive *Spicæ*, qui deinde recentiore appellatione dictus est *Nisan*, atque sub æquinoctii verni tempus incidit. Hinc duplex anni exordium, unum *anni Civilis*, Sabbatici, Jubilæi, à mense *Tisri*: alterum *anni sacri* & festorum recurrentium a mense *Nisan*.

Nomina Abib, Elul, Tammus, Thebet, Nisan & Adar esse Ægyptiaca contendit Andreas Mullerus in specimine glossarii sacri quod vide. Quod vero V. C. Jo. Harduinus in *Chronologia* V. T. p. 50. negat mensium Civilium nomina propria in sacris litteris ulla esse ante Salomonem, Moysis testimonio refellitur, qui aliquoties mensem Abib memorat. Ordinem mensium horum mire conturbat Scaliger p. 371. immortalis Operis de emendat. temporum.

III. Men-

XV. Menfes
HEBRÆORUM

Post Captivitatem Babylonicam,
cum adscriptis variis nominum illorum efformationi-
bus ac depravationibus.

1. *Martius Nisan, Nebem. II. 1. Esther. III. 7. Μην
πρωτῶν ὅτι ταῖς εορταῖς. Iosephus I. 4. Anti-
tiqu. ἐτὸς δὲρχή. id. III. 9. p. 93. Νισάν, Ana-
stasius in Meursii variis divinis p. 27. ἐρμη-
νεύεται δὲ Νισάν ὁ ἀνθῶν, Νίσα γὰρ λέγεται
παρ' Ἑβραίοις τὸ ἀνθῶν. Τάχα δὲ καὶ ὁ ξαν-
δικὸς ἀνθῶν λέγεται, τῆ ἕ προσθήκη προ-
αγορευθεὶς ξανθικός. Hesychius: Νισάν ὁ Ἀρ-
τεμισιῶν μὴν. Anni sacri initium, Martio re-
spondens & ex parte Aprili.*
2. *Aprilis Jar, Iar, Iabar, Iiar. Iάρης Syncell. p. 7.
Ab hoc mense aliquando annum incepisse
Judæos Maccabæorum tempore ac dein-
ceps, non est incredibile. Vide Scal. de
emendat. p. 436. Iac. Capelli Chronologi-
am V. T. ad A. 142. ante CHRISTUM, & Sam-
Bocharti Epist. T. 1. Operum p. 1144. seq.*
3. *Majus Sivan, Esther. VIII. 9. Σιβάν, Σουϊάν, Σι-
θοναή, Sebin, Ψεβάν, Psetouan.*
4. *Iunius Tamuz. Ταμὺς, Θαμὶ, Θαμνεὶ, Θαμνὶ
Thamni.*
5. *Iulius Ab. Ἐβλαδ, Ἀρεί. Iosepho Ἀββα. IV. 4.
Antiqu. Hesychius: Ἀβ ὁ Γορπιῶν μὴν.*
6. *Augustus Elul. Nebem. VI. 15. Ἐλάλ, Ilul, Ἐι-
λάλ, Ἐλέρ.*

Mensis Embolimus apud Chaldaeos, Elul secundus.

7. Sep-

7. *September Tisri, Τιςρι, Θεσι, Τιςρι. Male
Θερι in Iosephi Codicibus VIII. 2. Antiqu. nec
melius Anastasius in Meursii variis divinis p. 22.
Θεσι. Syncellus p. 7. ΘεελειΦ. Anni civilis
initium.*

8. *October Marchesvan, Μαρχασβαν, Μορσβαν,
Μαρσβανης, Μαρσβαν, Marsovan, Ches-
van, Marcesvan, Μορσβαν, Μορσβαν, Μορ-
σοναη, Μερσουαν, Μορσοναη.*

9. *November Kisleu, Nebem. I. 1. Zachar. VII. 1.
χασλευ 1. Maccab. I. 57. χασλευς, χασα-
λευ, χασαλευ, Κιοϋλεβ, Cesleu, Castim,
Chafeleu. Nomen mensi dedit sidus חסד
Job. IX. 9. & XXXVIII. 31. Amos. V. 8.
nimbofus Orion. Aeneid. I. 539.*

10. *December Thebet, Τιβηθ, Τηβηθ, Τεβεθ ☉,
Thibet, Thebit, Τιβηθ, Epiphan. T. I. p.
446.*

11. *Ianuarius Schebat, Zach. I. 7. Σεβαθ, Σαβαθ,
Σαββατ, Schabat.*

12. *Februarius Adar, Esdr. III. 6. Esther III. 7. 13.
IX. 1. Αδαρ Συριακη Φωνη 2. Maccab. XV,
37. Αδαρ ☉.*

*Mensis Embolimus apud Samaritanos & alios Hebraeos,
Adar secundus. Targum Esther IX. 13.
Hisce*

Hisce mensium nominibus quæ è Babylonia allata esse à Talmudicis traditur, hodiernum utuntur *Iudæi, Chaldei, Samaritani*, ut videre licet apud Josephum Scaligerum de emendat. temporum p. 99. 105. 115. 117. 243. 350. 371. & in Canonum Isagogicorum opere p. 85. Illa Græcis litteris descripta ex veteri Lexico manu exarato dedit H. Stephanus appendice ad thesaurum Græcæ linguæ p. 225. Jo. Drusius p. 29. Alphabeti Hebraici, atque Steph. le Moyne in Variis sacris p. 452. quem videtis etiam p. 458. ubi Hebraicis litteris trifariam expressa leguntur. Vide & Rabanum in Baluzii Misc. T. 1. p. 26.

Cum mensibus Macedonicis ex Fl. Josephi mente collatos exhibet H. Dodwellus in erudito opere de Cyclis Græcorum & Romanorum p. 397. Cum his & aliarum etiam gentium quarundam mensibus B. D. Abraham Calovius T. 1. Bibl. illustrat. p. 58. & Frid. Spanhemius in Chronologia sacra part. 1. cap. 12. T. 1. Opp. p. 47. Cum Romanis & Ægyptiis per omnes anni dies Jacobus Goarus ad Syncellum p. 4. seq.

Calendaria Judaica videantur apud Jo. Seldenum libro de anno Civili Veterum Hebræorum cap. 7. & Julium Bartolocium Tomo 2. Bibl. Rabbinicæ; ut Sebast. Munsterum, Gilb. Genebrardum ante Commentarium in Psalmos, Carolum Sigonium libro III. de Rep. Hebræorum, & Hermanni Zoësti Cisterciensis Monachi Calendarium Judaicum scriptum A. C. 1438. editumque ex Bibliotheca Marqu. Gudii V. C. à D. Hectore Gotfrido Masio, Hafniæ 1701. 8. aliaque innumera omittam.

De *Computo* Judaico consulendus Scaliger libro VII. de emendat. temporum, & Judæorum scripta quæ occasione recens editi Elicseriani laudantur in Actis Eruditorum A. 1691. p. 250

XVI. Ex usu hodiernorum Judæorum Anno ab Mundo condito 5472. æræ contractum 2024. Cycli Hilleliani (XIX. annorum) septuagesimi secundi quarto, Menses Judaici lunares nostris Julianis solaribus ita respondent:

1.	Primus dies Tisri	14. Septembris	A. C. 1711.
2.	—	Chesvan	14. Octobris
3.	—	Casleu	12. Novembris
4.	—	Thebet	11. Decembris
5.	—	Schebat	9. Januarii 1712.
6.	—	Adar	7. Februarii
Veadar sive mensis embolimus incipit 9. Mart.			
7.	primus dies Nisan	7. Aprilis	
8.	—	Jjar	7. Maji
9.	—	Sivan	5. Junii
10.	—	Tammuz	4. Julii
11.	—	Ab	3. Augusti
12.	—	Elul	à 1. Septembris ad 30.

Utli ac laudabili instituto jam ab aliquot annis in Calendariis quibusdam Christianorum ut Gotfridi Kirchii & μακαρίτη, etiam ratio computationis Judaicæ mensium, dierumq; annotata habetur. Cum enim mensium plenorum cavorumque permutationes pro Cycli sui regulis singulariter observent Judæi, hinc accidit ut diversis annis diversimode etiam Judaici menses mensibus diebusque nostris respondeant. Judæi utuntur Judaicis Calendariis, quæ Rabbinicis literis minori forma quotannis Francofurti, Hamburgi, & alibi excuduntur, & in quibus etiam Juliani Calendarii parallelismus consignatus est. In Proximo Judæorum anno primus dies Tisri respondet Calendis Octobris hujus anni 1712.

XVII.

XVII.

Anni in sex tempestatates divisio.

Ex Gemava Bava mezia p. 106, 2.

<i>Sementis</i>	{	Dimidium Tisri Marchesvan Dimidium Cisleu.
<i>Hiems</i> <i>χειμων</i> Joh. X. 22.	{	Dimidium Cisleu Tebeth Dimidium Schebat.
<i>Erigus</i>	{	Dimidium Schebat Adar Dimidium Nisan.
<i>Messis</i>	{	Dimidium Nisan Jiar Dimidium Sivan.
<i>Æstas</i>	{	Dimidium Sivan Tammuz Dimidium Ab.
<i>Calor</i>	{	Dimidium Ab Elul Dimidium Tisri.

Vide Clariss. Viri Hadriani Relandi Antiquitates sacras Hebræorum pag. 399. seq. edit. secundæ: Ubi & de tribus temporibus pluviarum, & de messe duplici hordearia & triticaria P. 439.

XVIII.
SYRORUM

Sive Syro Chaldæorum.

1. *October* Tishrin prior.
2. *November* Tishrin posterior. Versio Syriaca
2. Maccab. XI, 21.
3. *December* Canun prior.
4. *Ianuarius* Canun posterior.
5. *Februarius* Aschbath sive Shabat, Xubâr.
6. *Martius* Adâr.
7. *Aprilis* Nisân.
8. *Majus* Achar sive potius Aiyar, Eijâr.
9. *Iunius* Chaziran sive Hasirâm.
10. *Iulius* Tamûz.
11. *Augustus* Ab.
12. *September* Eilûl.

Vide Scaligerum de emendat. temporum p. 95. & 350. Guil. Beveregium ad Can. Apostol. XXXVIII. & Institutt. Chronolog. lib. 1. cap. 12. Athanasium Kircherum T. 2. Oedipi Ægyptiaci part. 2. p. 277. Jo. Gravii Epochas p. 18. & 36. Matthiam Frid. Beckium ad Ephemerides Persarum p. 2. Alfraganum p. 3. & Golii ad eundem notas p. 17. &c.

Miror *Calendarium* Syrorum, Commentariis Genebrardi in Psalms præfixum incipere à Novembri, in Octobri desinere.

Syrorum *Computus* scriptus Arabice legitur apud Scaligerum p. 707. seq. de emendatione temporum. Vide & Leonis Allatii Symmiæta p. 296.

XIX.

CURDISTANORUM;

Ex Stephani le Moyne Variis sacris p.467.

1. Tifchrin prior.
2. Tifchrin posterior.
3. Canon prior.
4. Canon posterior.
5. Schabat.
6. Azar.
7. Nifan.
8. Goulan.
9. Hafiran. Golius p. 17. ad Alfraganum: *Pro Haziran Heliopolitanos dixisse Ὅτις testis est Theo Alex. libro inedito εἰς προχείρους κανόνας, ubi demonstrat menses eorum plerosque omnes nomine & ordine cum Syriacis concordasse.*
10. Tamus.
11. Dabak.
12. Ilun.

XX.
ALEXANDRINORUM & aliorum
ÆGYPTIORUM

Menses solares, adscriptis quibusdam nominum depravationibus.

1. September Thoth, Θωθ, Θωθ, Θωθι, Φθω.
*Thiatin. Ab hoc mense anni initium Ægyptiis.
Vide Scholia Græca ad Ptolemæi terrabiblon, f.
77. & Epigramma vetus quod infra adscripsi. H.
Lindembrog. ad Censorin. c. 18.*
2. October Phaophi, Φωφι, Φωθι, Παμφι, Πασ-
φι, Πωφι, Παμφοι.
3. November Athyr, 'Αθυρ, 'Αθυρι.
4. December Chœac, Χοιὰκ, κήκθ, Χυάκ. *Myrepsus sect. 1. c. 371. & Io. Tzetzes ad Hesiodum p.
125. al. Χοαχ, vel Χοιὰχ, ut Schol. Arati.
v. 314.*
5. Ianuarius Tybi, Τυβι, *male apud Myrepsum
Tymbe.*
6. Februarius Mechir, Μεχιρ, Μεχειρ, Μαχειρ, Με-
χύς.
7. Martius Phamenoth, Φαρμωθ, Φαρμωθ.
8. Aprilis Pharmuthi, Φαρμεθι.
9. Majus Pachon, Παχων, Πάχων.

10. *Iulius Payni*, Παῦνι, Παωνί.

11. *Iulius Epiphi*, Ἐπιφι, Ἐπηφί.

12. *Augustus Mefori*, Μεσορι, Μεσορι, Μεσωρι,
Μεσορη.

*Post hunc mensem fieri solita intercalatio dierum
Nissi, sive ἐπαγομένων.*

Videndus Athanasius Kircherus T. 2. Oedipi Aegyptiaci parte 2. p. 261. seq. & in prodromo Copto p. 140. Chronologi Ricciolus lib. 1. p. 33. Scaliger Can. Isagog. p. 90. seq. 95. 110. seq. & libro 3. de emendatione temporum. Frid. Spanhemius T. 1. Opp. p. 39. &c. Jo. Rualdus ad Plutarchum animadvers. 43. p. 133. Jo. Harduinus ad Plinium T. 1. p. 765. Jac. Gollus ad Alfraganum p. 43. Alfraganus ipse p. 5. Angelus Roccha de Bibl. Vaticana p. 306. Steph. Baluzii Miscellanea T. 1. p. 26. seq. &c. Cum mensibus Atheniensium, Romanorum, Macedonum, Persarum; Arabumque collati exstant menses Aegyptiaci ad calcem Codicis MS. Syntaxeos magnæ Ptolemæi, unde descriptos dedit Seldenus ad Marmora Oxon. p. 239. edit. Humfredi Prideaux, atque inde Jo. Philippus Pfeiferus Antiquitatt. Græc. p. 197. Vide & Bedam de temporum ratione cap. 9.

opuſſ

B 4

An-

Anthologia lib. 1. c. 91. p. 176.

Πρῶτ' ☉ ΘΩΘ ἑδάη δρεπάνην Ἰπὶ βότρυον ἐγείρειν.
 Ἰχθυόβολοισι ΦΑΩΘΙ Φέροι πανδήμιον ἀγρην.
 Πληιάδων Φάινεσσαν ἈΘΥΡ τεκμαίρεται ὤρη.
 ΧΟΙΑΚ σπειρομάων σαχύων δέικνυσι γενέθλην.
 ΤΥΒΙ δὲ πορφύρεον βεληφόρον εἶμα ἰτάινει.
 Σημαίνει πλωτηρσι ΜΕΧΕΙΡ πλοόν ἀμφοπολέειν.
 Ἄρε ☉ ὄπλα Φέρειν ΦΑΜΕΝΩΘ δέικνυσι μαχηλαῖς.
 Ἐιαρινῶν ΦΑΡΜΟΥΘΙ ρόδων πρῶτ' ἀγγελός ἐστι.
 Ἀήττα δ' ἀύξανθ' ἔντα ΠΑΧΩΝ δρεπάνοισι φυλάσσει.
 Ἐυκάρπη δὲ ΠΑΥΝΙ προάγγελός ἐστιν ὄπῳρης.
 Καὶ σαφυλὴν κατέχων εὐάμπελός ἐστιν ἘΠΦΙ.
 Καὶ ΜΕΣΟΡΙ Νείλοιο Φέροι φυσίζοον ὕδωρ.

Conferendus Claudius Ptolemæus libro de
 apparentiis & significationibus inerrantium,
 nec non tabula mensium Ægyptiorum æri in-
 cisa, una cum adpictis fructibus unoquoque
 mense provenientiibus, in Cosmæ Indopleustæ
 libro X. Cosmographiæ p. 338.

Mensâ Isiacâ nihil aliud contineri quam
 imagines hieroglyphicas duodecim Signorum
 Zodiaci, mensiumque Ægyptiacorum non ab-
 surde conjicit Olaus Rudbeckius parte 2. Atlan-
 ticæ c. XI. Confer fragmentum planisphærii Æ-
 gyptiaco Græci, quod Romæ A. 1705. repertum
 inculptumque marmoris exstat in Cimeliar-
 chio Pontificis, & delineari curavit V. C. Fran-
 ciscus Blanchinus Veronensis, misitque ad Aca-
 demicos Regios Parisienses, qui illud ære de-
 scriptum inseruerunt Memoriis Academiæ
 Gallice editis A. 1708. p. 134.

Hugo

Hugo Grotius.

Ordine *Thorh* primus traxit vineta putando.
Squamigeri generis præda est bona mensa

Paiphi.

Monstrat *Athy* Majam terris, Majæque sorores.
Choeac spicigero conspergit semine sulcos.

Tybi Magistratus Tyrio producit in ostro.
Pandere vela *Mechir* jubet; & decurrere ponto.
Armigeras *Phamenoth* vocat ad fera bella co-
hortes.

Prata rosis index veris *Pharmuthi* colorat.

Jam matura *Pachon* assignat falcibus arva.

Pomifer autumnum dicit venisse *Payni.*

Implet *Epiphi* sinum vino turgentibus uvis.

Attollit *Mefori* foecundo flumine Nilum.

XXI.
COPTORUM
Mensium

Nomina ex Ægyptiis leviter deflexa.

- | | |
|----------------------|---|
| 1. <i>September</i> | Tot, Θωστ. |
| 2. <i>October</i> | Baba, Παωβι. |
| 3. <i>November</i> | Hatur, ᾿Αθωρ. |
| 4. <i>December</i> | Chiahac, Kaihac, Χαωάν. |
| 5. <i>Januarius</i> | Tubavel Tube, Ταβι. |
| 6. <i>Februarius</i> | Amschîr, Μεχίρ. |
| 7. <i>Martius</i> | Barmehât, Φαρμωάθ. |
| 8. <i>Aprilis</i> | Barmoudah, Φαρμωθί. |
| 9. <i>Majus</i> | Bashansh (al. Bashnis, Besch-
nefch) Παχώνς. |
| 10. <i>Junius</i> | Baune, Bouna, Παωνί. |
| 11. <i>Julius</i> | Abii, Abîb, ᾿Επίπ. |
| 12. <i>Augustus</i> | Massari, al. Musfri, Μεσωθί. |

᾿Επαγόμφοι Al nisi, dies XII.

Vide

Vide Calendarium Copticum in Jobi Ludolfi Commentario ad Hist. Æthiopicam p. 389. seq. Jac. Golium ad Alfraganum p. 43. Athanas. Kircherum T. 2. Oedipi Ægyptiaci parte 2. p. 277. & in prodromo Copto p. 140. Beckium ad Ephemerides Persicas p. 6. Scaligerum de emendat. temporum p. 198. 200. 218. 238. 350. 705. & Isagog. Canon. p. 110. seq. Stephani le Moyne Varia sacra p. 460. Ægidii Strauchii breviar. Chronolog. p. 1154. & Georg. Hieron. Welschium in Ruzname Naurus p. 62. unde nomina Græcis scripta literis depromsi.

Mensem Tube ex Calendario Coptico per Athanasium Kircherum latine versò cum solennibus festis exhibet Jo. Bollandus præf. ad T. 1. Act. Sanctior. Januarii p. 56. Festa Coptorum per totum annum describit Seldenus lib. 3. de Synedriis cap. 15. §. 9. seq. Calendarium Arabico Ægyptiacum ex Arabico latine factum a Gratia Simonio, Collegii Romani Maronitarum alumno, & inde ArchiEpiscopo Tyrensi in Syria, memorant Acta Sanctior. Tomo I. Junii p. 274.

HELIOPOLITANORUM.

Januarius Θόριον appellatur in veteri fragmento Saviliano apud Ulferrum p. 40. de anno Macedonum. Junius Οζίρ, supra p. 21.

Cæterorum nomina quoniam nondum reperi, supplendo paginæ spatio adscribam quomodo apud Ægyptios appellati sint *duodecim hora diei*, ex Salmafii libro de annis Climactericis p. 251.

I. Λάμπη, 2. ἀλεξίδι, 3. τερψιδι, 4. Φηνά, 5. ἐρέβη, 6. διαυγής, 7. πρόκα, 8. πάνφη, 9. λοιτία, 10. πορφυρεά, II. πανφάτ, 12. τρυφή. (Salmaf. legit τρύφη.)

Quinque dies ἐπαγόμοροι anni intercalaris Ægyptii:

I. Όσιρις, 2. Άρχρις, 3. Τυφωεύς, 4. Ίσις, 5. Νεφθή. Kircher. prodromo Copto p. 143.

Septem Planetarum nomina Ægyptiaca.

I. Luna Πιός. 2. Mercurius Πιερμής. 3. Venus Σουράτ. 4. Sol Πίρη. 5. Mars Μάλοχ. 6. Jupiter Πιζεύς. 7. Saturnus Ξηφάν. Hæc idem Kircherus prodromo Copto p. 147. & 266. T. I. Oedipi p. 385. 415. 431. Steph. le Moyne diff. ad Jerem. XXIII. 6. p. 51. Lud. de Dieu ad Act. VII. 43. Sed merito hæc nomina sublestæ fidei videntur V. C. Campegio Vitringæ lib. 2. Obs. sacrar. p. 234.
XXIII.

XXIII.

Præfides Duodecim signorum Zodiaci ex
mente Ægyptiorum.

1. <i>September</i>	Παρθενόπη	σις.
2. <i>October</i>	Ζυγός	ΟΜΦΤΑ.*
3. <i>November</i>	Σκορπί♁	Τυφών.
4. <i>December</i>	Τοξότης	Νεφετε.**
5. <i>Ianuarius</i>	Ἀγροκέρως	Ἄνθριβις.
6. <i>Februarius</i>	Υδροχῶν♁	Κανώπρις.
7. <i>Martius</i>	Ἰχθύς	ΙΧΤΩΝ.
8. <i>Aprilis</i>	Κελός	Ἀμῶν.
9. <i>Majus</i>	Ταυρ♁	Ἄπις.
10. <i>Iunius</i>	Δίδυμο♁	Ἡρακλάμμων.
11. <i>Iulius</i>	Καρκίν♁	Ἐρμάνθριβις.
12. <i>Augustus</i>	Λέων	ΜΟΜΦΤΟ.

Vide tabulam æri incisam apud Georg. Hieron. Welschium in Commentario ad Ruzname Naurus p. 48. & Athanas. Kircherum T. 2. Oedipi Ægyptiaci part. 2. p. 265. Et quæ de duodecim Præsidibus anni disputat idem Kircherus T. 3. Oedipi Ægyptiaci p. 118. seq.

* Forte Aphtha sive Φθὰ, de quo Jo. Clerici Bibl. selecta T. XI. p. 121. seq. Kircherus prodromo Copto p. 251. Vel Ἐμῆφθ de quo idem. p. 167.

** Forte κνήφ de quo Vossius lib. I. c. 2. & lib. 9. c. 11. de Idololatria.

XXIV. Signa duodecim Cœlestia cum significationibus & terminis cujusvis Decanis sive decem graduum præsidibus Ægyptiacis, ex Scaligero ad Manilium p. 442. seq.

- | | |
|-----------|---|
| 1. Aries | <p>Decanus 1. <i>Aficcam</i>, Martis, audaciæ, fortitudinis, elationis, in-
verecundiæ.</p> <p>— 2. <i>Senacher</i>, Solis, nobilitatis, magnanimitatis, regni &
magni domini.</p> <p>— 3. <i>Acentacer</i>, Veneris, soler-
titiæ, mansuetudinis, ludor-
um, jocorum, munditiarum.</p> |
| 2. Taurus | <p>Decanus 1. <i>Aficath</i>, Mercurii, arationis, sationis, structuræ, dedu-
ctionis coloniarum, scientiarum
civilium, Geometriæ.</p> <p>— 2. <i>Virvaso</i>, Lunæ, potentiæ,
nobilitatis, dignitatis, imperii
ingentes.</p> <p>— 3. <i>Abarph</i>, Saturni, miseriæ,
servitutis, feritatis, necessita-
tis, utilitatis.</p> |
| 3. Gemini | <p>Decanus 1. <i>Thefogar</i>, Jovis, Tabellio-
natus, calculi dati & accepti,
petitionum, scientiarum inu-
tilium.</p> <p>— 2. <i>Verasua</i>, Martis, angustia-
rum, laboris, inquisitionis re-
rum ærumnosæ, agilitatis in-
decoræ.</p> <p>— 3. <i>Tepisatofon</i>, Solis, oblivio-
nis, dedignationum, jocandi,
cavillandi, futilia audiendi.</p> <p style="text-align: right;">4. Can-</p> |

4. Cancer } Decanus 1. *Sorbis*, Veneris, alacritatis, communionis, amabilitatis.
 — 2. *Syrb*, Mercurii, jocositatis, confabulationis mulierum, divitiarum, ubertatis.
 — 3. *Thuimis*, Lunæ, venationis, retrahendi fugitivos, armis res repetendi, adversandi omnibus.

5. Leo } Decanus 1. *Aphruimis*, Saturni, crudelitatis, maleficiorum, violentiæ, patientiæ, laborum, audaciæ, libidinis.
 — 2. *Sithacer*, Jovis, rixarum nesciorum, necessitatis miserorum, victoriæ vilium per nescios, occasionum ensis diltringendi, præliorum.
 — 3. *Phuonise*, Martis, amoris, societatis, non decedendi de jure suo pro rixis vitandis.

6. Virgo } Decanus 1. *Thumis*, Solis, seminandi, arandi, herbarum, urbium condendarum, opum cogendarum, vitæ dirigendæ.
 — 2. *Thopirus*, Veneris, quæstus, opum cogendarum, avaritiæ.
 — 3. *Aphut*, Mercurii, senectutis, debilitatis, pigritiæ, læsionis membrorum ex morbo, arbores evellendi, civitates devastandi.

7. Li-

- Decanus 1. *Serucuth*, Lunæ, justitiæ, juris, veritatis, avertendi fortes ab imbecillis, adjuvandi miseros & pauperes.
7. Libra } — 2. *Aterechinis*, Saturni, quietis, ubertatis, vitæ bonæ ac securæ.
— 3. *Arpien*, Jovis, gulositatis, concubitus masculorum, carminum hilarium, affectationis malorum saporum.
- Decanus 1. *Sentacer*, Martis, rixarum, tristitiarum, deceptionum, detrectationum, perditionum, insidiarum.
8. Scorpius } — 2. *Tepiseuth*, Solis, deceptionum, detrectationum, novas inimicitias inter homines ferendi & veteres confirmandi.
— 3. *Senciner*, Veneris, bellorum, ebrietatis, violentiarum, scortationum cum ira & prævalentia.
- Decanus 1. *Eregbuo*, Mercurii, audaciæ, libertatis, militiæ.
9. Sagittarius } — 2. *Sagen*, Lunæ, timoris, ploratus, dolorum & sibi semper timendi.
— 3. *Chenen*, Saturni, obstinationis in proposito, contradictionis, temeritatis in malo, rixis & factis abominabilibus.

10. Capri-
cornus

Decanus 1. *Themeso*, Jovis, spatiandi, gaudendi, lucrandi, perdendi cum debilitate ac utilitate.

— 2. *Epima*, Martis, quærendi de rebus quæ sciri non possunt, & sciscitandi ea quæ ad finem perducere non possunt.

— 3. *Homoth*, Solis, cupiditatis, familiam gubernandi, non sufficiens sibi, suspicandi.

11. Aqua-
rius

Decanus 1. *Oroasoer*, Veneris, ærumnarum pro lucro, inquietudinis, laborum, minutionum, paupertatis, utilitatis.

— 2. *Astiro*, Mercurii, formæ, intellectus, mansuetudinis cum modestia, bonorum morum, complementi suæ figuræ, & liberalitatis.

— 3. *Tepisatras*, Lunæ, detractionum & deceptionum.

12. Pisces.

Decanus 1. *Archatapias*, Saturni, anxietatis, cogitationum multarum, itinerum, migrationis de loco in locum, quærendi opes & victum.

— 2. *Thopibui*, Jovis, gloriationis, animi elati, immiscendi se rebus arduis.

— 3. *Arembui*, Martis, scortationis, amplexationis, oblectationis cum mulieribus & otiationis.

C

XXV.

XXV.

Angeli duodecim signorum Zodiaci, Men-
fiumque præfides, ex mente
Arabum.

1. Sarahiel	<i>Aries.</i>
2. Araziel	<i>Taurus.</i>
3. Saraiel	<i>Gemini.*</i>
4. Phahkaiel	<i>Cancer.</i>
5. Serattiel	<i>Leo.</i>
6. Sehaliel	<i>Virgo.</i>
7. Hadakiel	<i>Libra.</i>
8. Sfarfaiel	<i>Scorpio.</i>
9. Sarithaiel	<i>Sagittarius.</i>
10. Semakiel	<i>Capr.</i>
11. Sfakmakiel	<i>Aquarius.</i>
12. Vacabiel	<i>Pisces.</i>

Vide Athanas. Kircherum Tomo II, Oedipi
Ægypt. part. I, p. 385.

* Geminorum alter dicitur *Iracleus* (Ἰρακλιῆς) alter
Aphellon (Ἀπόλλων) Scal. ad, Manilium p. 115.
& 435.

XXVI,

Tutelæ Mensium è Veteri Calendario
Farnesiano.

1. <i>Ianuarius</i>	in tutela Junonis.
2. <i>Februarius</i>	Neptuni.
3. <i>Martius</i>	Minervæ.
4. <i>Aprilis</i>	Veneris.
5. <i>Majus</i>	Apollinis.
6. <i>Iunius</i>	Mercurii.
7. <i>Iulius</i>	Jovis.
8. <i>Augustus</i>	Cereris.
9. <i>September</i>	Volcani.
10. <i>October</i>	Martis.
11. <i>November</i>	Deianæ.
12. <i>December</i>	Vestæ.

Vide Godeschalci Stewechii electa ad Arnobium p. 119. 120. & Hieronymum Columnnam ad fragmenta Ennii p. 165. ubi illustrat Poetæ versus de sex Diis, totidemque Deabus Consensibus:

Iuno, Vesta, Ceres, Deiana, Menerva, Venus, Mars, Mercurius, Iovi, Neptunus, Volcanus, Apollo.

Hisce Scaliger ad Manilium p. 139. alios duos versiculos subjunxit, quos Mich. Fayus p. 172. ad Manil. male habet pro Ennianis,
Urna, Caper, Virgo, Crotus, Helles portitor, & bos, Scorpius & Piscos, Cancer, Leo, Libra, Gemelli.

XXVII.

Tutelæ signorum Cœlestium, è Manilio.

1. <i>Aquarius</i>	in tutela Junonis,
2. <i>Pisces</i>	Neptuni.
3. <i>Aries</i>	Minervæ.
4. <i>Taurus</i>	Veneris.
5. <i>Gemini</i>	Apollinis.
6. <i>Cancer</i>	Mercurii.
7. <i>Leo</i>	Jovis & Matris Deûm,
8. <i>Virgo</i>	Cereris.
9. <i>Libra</i>	Volcani.
10. <i>Scorpius</i>	Martis.
11. <i>Sagittarius</i>	Dianæ,
12. <i>Capricornus</i>	Vestæ.

Manilius lib. 2. v. 439.

*Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,
Formosos Phæbus Geminos, Cyllenie Cancrum,
Iupiter & cum matre Deûm regit ipse Leonem,
Spiciferæ est Virgo Cereris, fabricatæque Libræ
Vulcano, pugnax Mavorti scorpius hæret,
Venantem Diana virum, sed partis equinæ,
Atque angusta fovet Capricorni sidera Vestæ.*

XXVIII.

XXVIII.

Nomina Mensium Cœlestium Metonis,
Euctemonis & Calippi, à sideribus
Zodiaci petita.

1. <i>Ianuaris</i>	Ἀιγῶν	Capricornus.
2. <i>Februarius</i>	Ἰδρῶν	Aquarius.
3. <i>Martius</i>	Ἰχθυῶν	Pisces.
4. <i>Aprilis</i>	Κελῶν	Aries.
5. <i>Majus</i>	Ταυρῶν	Taurus.
6. <i>Iunius</i>	Διδυμῶν	Gemini.
7. <i>Iulius</i>	Καρκινῶν	Cancer.
8. <i>Augustus</i> *	Λεονῶν	Leo.

* Ab hoc mensium exordium deduxit Eudoxus.

Vide Uffer. p. 68.

9. <i>September</i>	Παρθενῶν	Virgo.
10. <i>October</i>	Ζυγῶν	Libra.
11. <i>November</i>	Σκορπιῶν	Scorpius.
12. <i>December</i>	Τοξῶν	Sagittarius.

Hos menses cœlestes cum mensibus Alexandrinis & Julianis confert Petavius ad calcem libri i. Dissertationum Variar. ad Uranologium, notans in anno primo Juliano diem decimum Ἀιγῶν ☉ respondere Calendis Januarii, & diei sextæ mensis Ægyptiorum Τυβί. Vide etiam eundem lib. IV. de doctrina temporum c. 16. Scaligerum de emendat. temporum p. 350. Ufferium de anno Macedonum p. 66. & 69. Stephanum le Moyne in Variis sacris, p. 456.

XXIX. Nomina Hebraica Græcolatina
signorum Cœlestium, eorumque caracte-
res vulgares, cum Jos. Scaligeri
expositione,

ex notis ad Manilium p. 459.

- | | | |
|--|--------|---------------|
| 1. Aries | טלה | κελός, |
| <i>caput arietinum</i> ♈ | | |
| 2. Taurus | שור | ταῦρος, |
| <i>caput bubulum</i> ♉ | | |
| 3. Gemini | האמים | δίδυμοι, |
| <i>duo corpuscula confertis brachiolis & crurculis</i> ♊ | | |
| 4. Cancer | סרטן | καρκίνος, |
| <i>chela cancelli</i> ♋ | | |
| 5. Leo | אריה | λέων, |
| <i>cauda leonina</i> ♌ | | |
| 6. Virgo | בתולה | παρθένη, |
| <i>ala virginis</i> ♍ | | |
| 7. Libra | מאזנים | ζυγός, χηλαί, |
| <i>librile cum trutina</i> ♎ | | |
| 8. Scorpius | עקרב | σκορπίος, |
| <i>scorpio cauda erecta</i> ♏ | | |
| 9. Sagittarius | קשת | τοξότης, |
| <i>sagitta arcui applicata</i> ♐ | | |
| 10. Capricornus | גרי | αίγόκερας, |
| <i>cauda capricorni convoluta</i> ♑ | | |
| II. Aquarius | רלי | ὕδροχόος, |
| <i>fusio aquæ in qua volutari pisces Manilius pu-
tat</i> ♒ | | |
| 12. Pisces | גדים | ἰχθύς, |
| <i>pisces duo adversi, oppositis dossellis cum vinculo
quod λίνος dicitur.</i> ♓ | | |

De

De hisce characteribus conferendus Salma-
sius ad Solin. p. 1236. seq. edit. Paris (Ultraject.
872.) qui aliter nonnulla exponit, & è MSS.
Codicibus Græcis figuras quasdam aliter effor-
mat. Adi etiam sis Notarum characteres ad
calcem Glossarii Græco barbari Cangiani p. 5.
& Jo. Hevelium in prodromo Astronomico
p. III. seq.

Icones signorum quales in Cœlo depingunt
Astronomi, comparent in antiquo numismate
Juliaë Mæsæ, Severi Imp. affinis, apud Patinum
introduc. ad Hist. numismatum p. 125. & in
altero Valeriani ab Ægensibus cusi apud Ez.
Spanhemium diff. IX. de præstantia & usu nu-
mismatum T. 1. edit. Lond. p. 690. Iucunda
etiam spectatu duodecim sina cœlestia singula
totidem numis Arabicis efformata jussu Regi-
næ Indorum unius diei Imperium à Conjuge
suo magno Mogore ut ajunt pactæ, æternam-
que hujus rei memoriam numis illis cufis exta-
re cupientis, atque æri incisa in itinere Taver-
neriano, atque luculentius etiam in Rudolphi
Capelli & μακαρίτη rarioribus Beccelerianis p.
12. seq.

Omitto icones 12. signorum Astronomicas
in antiquis Codicibus & monumentis obvias,
quales ære descriptas dedere Grotius ad Ger-
manici Aratea, Munckerus ad Hyginum &c.

XXX.

Nomina signorum Cœlestium apud
Muhamedanos.

1. Hamal	<i>Aries</i> ♈	
2. Thaur	<i>Taurus</i> ♉	
3. Guzi	<i>Gemini</i> ♊	
4. Sartan	<i>Cancer</i> ♋	
5. Efid	<i>Leo</i> ♌	
6. { Eladari	{ <i>Virgo</i>	
{ Sunbal		<i>Spica</i> ♍
{ Elgazel		<i>Fusus</i>
7. Musan	<i>Libra</i> ♎	
8. Ekrab	<i>Scorpius</i> ♏	
9. Quus	<i>Sagittarius</i> ♐	
10. Gedi	<i>Caper</i> ♑	
11. Delew	<i>Aquarius</i> ♒	
12. Hauth	<i>Pisces</i> ♓	

Vide Scaligerum ad Manilium p. 435. & de
emendatione temporum p. 270. Stephani le
Moyne Varia sacra p. 467. Jac. Golii Lexicon
Arabicum &c.

XXXI. Nomina mensium Cœlestium five signorum Zodiaci, Annorum Cycli duodeni & duodecim Horarum Diei apud Orientales Turcas & Tartaros atque Cathajos,

nomina Cataika.

nomina Turcico Tartarica.

1. Shù	<i>Mus</i>	Keseghu.
2. Nieu	<i>Taurus</i>	Out s. Oud.
3. Hù	<i>Pardus s. Tigris</i>	Pars.
4. Tù	<i>Lepus</i>	Taushkân s. Daushkân.
5. Lúng	<i>Draco, Crocodilus</i>	Lui.
6. Shè	<i>Serpens</i>	Yilân.
7. Mà	<i>Equus</i>	Yünd.
8. Yâng	<i>Ovis</i>	Koi.
9. Heú	<i>Simia</i>	Pitchin.
10. Ki	<i>Gallina</i>	Dakûk.
11. Kéu	<i>Canis</i>	ít.
12. Tchu	<i>Porcus</i>	Tonguz s. Donguz.

Vide Tho. Hyde de veteri religione Persarum p. 225. & Scaligerum de emendatione temporum p. 101. ubi eorundem animalium nomina Syriace, Arabice, Turcice & Persice: Jo. Gravii Epochas celebriores p. 48. Jac. Golii appendicem Atlantis Sinici, & Stephani le Moynes Variæ sacrae p. 465. ubi nomina Kataika longe aliter scribuntur, sic nempe; 1. Zeh. 2. Jau. 3. Tem. 4. Mau. 5. lin. 6. Siz. 7. Ma. 8. Vi. 9. Solin. 10. Lau. 11. Su. 12. Chai. Cathajæ vocabulo denotantur regna montibus & desertis referta, ut notat Kircherus in prodromo Copto p. 99.

XXXII.

MACEDONUM & Afianorum, Ephesiorum, Pergamenorum &c.

1. ☾ *October Dius, respondet Hebraeorum Marchesvan teste Iosepho lib. I. Antiqu. 4. Initio Dii autumnale incidere æquinoctium notat Galenus I. in I. Epidem. T. 5. edit. Basil. p. 347.*
2. ♀ *November Apellæus, male Apileus apud Bedam c. 12. de temporum ratione, & Rabanum in Miscellaneis Clariss. Baluzii T. I. p. 27.*
3. ♀ *December Audynæus, Male apud eundem Bedam & Rabanum Eudynios.*
4. ♀ *Ianuarius Peritius, Male apud Galenum Πέρειτϙ.*
5. ☾ *Februarius Dystrus.*
6. ✕ *Martius Xanthicus, quò Ξανθικά celebrata teste Hesychio, sive festum quo exercitus lustrabantur. Adde Raderum ad Curtii X. 9. 12. & Jo. Meursium in Græcia feriata.*
7. ♀ *Aprilis Artemisius.*
8. ♂ *Majus Dæsius, Δάσιϙ. Δέσιϙ Euseb. & Henr. Stephanus in appendice thesauri Hebr. linguæ p. 226.*
9. Π *Iunius Panemus. Πάνεμϙ. Apud Sponium p. 333. Miscell. in veteri Inscript. μέχρ. πανήμϙ, ubi Cangius legit μηνί πανήμϙ, appendice ad glossarium Græc. p. 109.*

10. ☉ *Julius Louſ. Philippus Rex Epist. ad Peloponnes.*
apud Demosthenem de Corona p. 335. μηνός Δώς
ὡς ἡμεῖς ἀγομεν, ὡς ἡ Ἀθηναῖοι Βοηδρομιώ-
ν☉, ὡς ἡ κορίνθιοι πανέμχ. Interjectio tem-
pore Plutarchus Loum cum Atheniensium Heca-
tombaone contulit in Alexandro p. 665.

11. ♀ *Augustus Gorpiaus.*

12. ♄ *September Hyperberetaus. Galenus in*
lib. 4. υγιεινῶν T. 4. edit. Basil. p. 263. πρὸς
τὴν Ἰπποκράτην ἔ δεκτάρη, ὅστις καλεῖται ἐν Ῥώ-
μῃ μὲν ὁ καλέμεν☉ μὴν ἐστὶ Σεπτέμβρι☉,
ἐν περγάμῳ ἡ παρ ἡμῖν Ἰπερβερετια☉, Ἀ-
θήνησι ἡ Μυσηρία.

Menses Macedonicos cum Hebraicis ex Jo-
 sephi mente collatos exhibet H. Dodwellus p.
 397. libro de Cyclis veterum Græcorum: Cum
 Atticis etiam & Romanis Petavius p. 139. ad E-
 piphani. & libro I. de doctrina temporum c. 29.
 & 25. seq. ubi Scaligeri periodos Macedonicas
 Solstitialem & autumnalem refellit. Videndus
 etiam Frid. Spanhemius in Chronologia sa-
 cra T. I. Opp. p. 45. ac præcipue Usserius in li-
 bro de Macedonum & Asianorum anno solari,
 atque Henricus Noris de Epochis & annis Sy-
 romacedonum diss. I.

XXXIII.

Syro Græcorum, five SyroMacedonum,
Antiochenorum, Gazæorum, Smyr-
næorum, Arabum & aliorum
Asiæ populorum.

1. November Δι̅☉.
2. December Ἀπελλαῖ☉. *Vide Malretum ad Procopium p. 190.*
